

**Gerardi Odonis *In secundum librum Sententiarum*, d. 14, q. 8**

Utrum proiecta moveantur a principio intrinseco vel extrinseco?

[1] Octavo<sup>a</sup> sine argumentis pono tres conclusiones. **Prima**, quod proiectum<sup>b</sup> a projectore separatum<sup>c</sup> non movetur<sup>d</sup> a continente. **Secunda**, quod non<sup>e</sup> movetur<sup>f</sup> a virtute impressa<sup>g</sup> in<sup>h</sup> medio continente. **Tertia**,<sup>i</sup> quod movetur<sup>j</sup> virtute in eis derelicta a proiciente.

[2] **Primam conclusionem**<sup>k</sup> probo sic: si proiectum moveretur<sup>l</sup> a partibus continentis, vel moveretur<sup>m</sup> a partibus quae sunt priores<sup>n</sup> proiecto, vel a partibus posterioribus,<sup>o</sup> vel a partibus lateralibus.<sup>p</sup> Non a prioribus,<sup>q</sup> quia nullum mobile movetur a resistente sibi; sed pars medii prior<sup>r</sup> resistit sibi,<sup>s</sup> ut apparet ad sensum et ex proportione quam ponit Philosophus, IV<sup>t</sup> *Physicorum*,<sup>1</sup> ubi<sup>u</sup> dicit quod, cum<sup>v</sup> unum mobile movetur<sup>w</sup> per media<sup>x</sup> diversarum rationum quantum ad subtilitatem et grossitiam,<sup>y</sup> quae est proportio medii ad movens<sup>z</sup> in raritate et densitate,<sup>aa</sup> eadem est proportio motoris ad motum in tarditate et velocitate,<sup>ab</sup> et eadem est<sup>ac</sup> proportio temporis ad tempus in longitudine et brevitate; ergo proiectum non movetur a parte sibi priore.<sup>ad</sup>

[3] Item, nullum mobile movetur a contra moto; sed pars prior<sup>ae</sup> proiecto est contra mota,<sup>af</sup> ut apparet de<sup>ag</sup> sagitta contramissa ad<sup>ah</sup> ventum; ergo etc.

[4] Nec<sup>ai</sup> a<sup>aj</sup> posterioribus proiecto, quia<sup>ak</sup> ab illis non movetur nisi per pulsum; sed hoc est impossibile. Quod ostendo<sup>al</sup> sic: nulla impulsio est causa motus vel motoris<sup>am</sup> ubi<sup>an</sup> cessio<sup>ao</sup> mobilis est facilior<sup>ap</sup> quam motio nisi prius facta [S 165vb] cessione;<sup>aq</sup> sed posito quod a parte posteriori unius lapidis sit<sup>ar</sup> pannus levissimus,<sup>as</sup> ita quod lapis non possit ab aere<sup>at</sup> moveri nisi impulso<sup>au</sup> panno, facilior<sup>av</sup> erit<sup>aw</sup> cessio<sup>ax</sup> panni per impulsum quam motio lapidis – tamen<sup>ay</sup> ibi<sup>az</sup> nulla sit cessio,<sup>ba</sup> immo continue

elongatur a lapide et declinat<sup>bb</sup> ad partes<sup>bc</sup> aeris posteriores se;<sup>bd</sup> ergo demonstratum est quod non pellatur ab illis.

[5] Hoc idem patet<sup>be</sup> in sagitta, cuius<sup>bf</sup> pennae declinant ad posterioria sagittae tanquam impulsae ab aere quiescente vel a contra movente sagittam.<sup>bg</sup> Non enim declinant ad anteriora sagittae, quod tamen<sup>bh</sup> necessario fieret si sagitta pelleretur a partibus aeris quae sunt circa posteriora sagittae. [K 123va]

[6] Sed nec a partibus lateralibus,<sup>bi</sup> quia illis non<sup>bj</sup> potest assignari principium movendi active vel passive,<sup>bk</sup> sicut<sup>bl</sup> nec a<sup>bm</sup> partibus aquae circumferentibus navem vel deferentibus pisces.<sup>bn</sup>

[7] Quare probatum est quod proiectum non movetur<sup>bo</sup> a partibus medii continentis.

[8] **Secunda conclusio** est quod non<sup>bp</sup> movetur<sup>bq</sup> ab aliqua virtute impressa medio, quia videtur multum fantasticum<sup>br</sup> quod chorda arcus virtutem [W 58vb] imprimat in superiora aeris, quod<sup>bs</sup> nullo modo contingit nisi<sup>bt</sup> dicatur quod ipsa sagitta defert<sup>bu</sup> virtutem suam ab ipsa chorda ad superiora aeris, et quod, cum est in partibus illis, accommodet<sup>bv</sup> virtutem illam partibus illis,<sup>bw</sup> per quam illae<sup>bx</sup> moveant sagittam<sup>by</sup> per virtutem illam a sagitta receptam. Hoc autem videtur absurdum.<sup>bz</sup>

[9] Relinquitur ergo<sup>ca</sup> **tertium**, scilicet quod proiciens virtutem suam largiatur projecto<sup>cb</sup> per quam movetur<sup>cc</sup> continue, virtute illa durante, quia<sup>cd</sup> si illa virtus esset inseparabilis a projecto, projectum moveretur in infinitum,<sup>ce</sup> si infinitum spatium sine repugnantia et<sup>cf</sup> resistentia inveniret. Et ideo sic<sup>cg</sup> projectum recipit virtutem a proiciente per quam continue movetur durante virtute – et ideo, iam separatum<sup>ch</sup> a proiciente, adhuc dicitur ab ipso projectore moveri projectum<sup>ci</sup> – sicut grave et leve recipit virtutem a generante, qua<sup>ci</sup> semper sit in loco naturali<sup>ck</sup> et per quam moveatur ad ipsum. Et ideo, quia ista virtus semper est<sup>cl</sup> durans, ideo facit semper<sup>cm</sup> naturaliter quiescere vel naturaliter moveri, nisi ab aliquo<sup>cn</sup> fortiori prohibita fuerit.<sup>co</sup> Et ista virtus naturaliter accepta est gravitas vel

levitas. Et ideo<sup>cp</sup> in aliquibus passibus<sup>ca</sup> innuit Philosophus gravia et levia virtute in eis existente moveri, in aliquibus autem innuit gravia a generante moveri per hoc quod ipsa<sup>cf</sup> virtutem recipiunt a generante, sicut proiectum a proiciente.

### Apparatus Fontium

1 Aristoteles, *Physica* IV, c. 8: 215a25-216a12.

### Apparatus criticus (referring to last word unless noted; inv. = last 2 words)

(a) de quarta quaestione K(M) (b) proiecta K(M) (c) separata *mss.* (d) moventur K(M) (e) *om.* SW (f) moventur K (g) impulsa K (h) a SW (i) tertio K(M) (j) moventur K (k) conclusionem *om.* K(M) (l) movetur SW (m) movetur SW (n) anteriores K(M) (o) quae sunt posteriores proiecto K (p) quae sunt a lateribus proiecti K(M) (q) a prioribus] ab anterioribus K(M) (r) anterior proiecto K(M) (s) proiecto K (t) vi SW (u) *om.* SW (v) cum] non add. K (w) moveretur K (x) medium K (y) grossissim *ac* K; in grossitudine *pc mg.* K (z) medium K (aa) raritate et densitate] subtilitate et grossissim K (ab) tarditate et velocitate *inv.* K (ac) *om.* K (ad) anteriore K (ae) anterior K(M) (af) proiecto *add.* K(M) (ag) emissa *add.* K(M) (ah) contramissa ad] contra K(M); contramissam ad SW (ai) non K (aj) partibus *add.* K(M) (ak) quoniam K(M) (al) declaro K(M) (am) motus vel motoris] motionis K(M) (an) nisi S (ao) successio K (*pc mg.*); sessio S (ap) fortior SW (aq) stessione K; secione S (ar) si SW (as) serenissimus K (at) ab aere *om.* SW (au) pulso K(M) (av) levior SW (aw) erit] esset K(M) (ax) secio S (ay) cum SW (az) ibi *om.* SW (ba) secio S (bb) declinant SW (bc) partis K (bd) sic K (be) apparet K(M) (bf) emissa eius K(M) (bg) movente sagittam] motae sagittae K(M) (bh) quod tamen *om.* *Kac*; *quod s.l. Kpc* (bi) *om.* SW (bj) quae sunt lateribus proiecti K(M) (bk) active vel passive] tractum vel pulsum K(M) (bl) *om.* SW (bm) a] in K (bn) picem SW (bo) proiectum non movetur] proiecta non moventur K(M) (bp) *om.* SW (bq) secunda... movetur] secundo dico quod non moventur K(M) (br) impressa... fantasticum] impresse medio ab ipso proiciente quia res videtur iii9 minus fantastica K(M) (bs) qui KS (bt) forte *add.* K(M) (bu) differt K (bv) accommodet M; accommodi SW (*om.* K) (bw) accommodi... illis *om. per homoio.* K (bx) *om.* SW (by) ipsa *add.* SW (bz) hoc... absurdum] haec autem videntur fictitia K(M) (ca) relinquitur ergo] quare relinquitur K (cb) subiecto SW (cc) moveatur K(M) (cd) quod K(M) (ce) in certum K

(cf) sine repugnantia et] absque K(M) (cg) sicut K(M) (ch) iam separatum] illa  
separata SW (ci) om. K(M) (cj) quia K (ck) naturaliter SW (cl) *inv.* K(M)  
(cm) *inv.* K (cn) alio K (co) *inv.* K(M) (cp) idcirco K (cq) possibilibus SW  
(cr) ipsam K(M)